

- Ar. Preides
1. Waldschmied
2. Martini
3. Reinhardt
4. Maier
5. Faichner
6. Widvogel
7. Gehler
8. Lepor
9. Heberer
10. Wuttich
11. Juding
12. Boehma
13. a. Sode
14. Born
15. Charif
16. Tollon
17. Souch
18. Cueli
19. Plato
20. Eyben
21. Wridoo
22. Schelle
23. Hebere
24. Götter
25. Weile
26. Sode
27. Schelle

THESES IURIDICAE.
DE IN INTEGRUM RESTITVTIONE
IN GENERE

QVAS

Adiuuante Deo Opt. Max.

Sub Præsidio clariss. & consultiss. virorum
SS. LL. Licent. D. WINOLDI KIVER
Dictatoris, & D. SIBERTI SPEE Fiscii, in
celeberrimo iuridicæ facultatis apud V.
bios Collegio exercitij gratiâ publicè
examinandas proponit

BARTHOLOMÆVS OSTERRHOT

Annoreparatæ salutis M. DCIII. 9. Ian.



COLONIÆ AGRIPPINÆ
Excudebat Gerardus Greuenbruch.

24

54



CONTINUATIO

Cum nemo sine actione in iudicio experiri queat ac saepe numero contingat, ut actio nobis competens amittatur, vel captione alterius, vel alia iusta interueniente causa, ob quam eam nobis restituere, vel loco eius aliam, quae laeso succurratur, concedi aequum sit recte, antequam ad iudiciorum explicationem deueniamus, hunc de in integrum restitutione tractatum praemittimus. Quia vero complures eius sunt species, ratio doctrina exigit, ut de restitutionibus in genere, tanquam vniuersalibus, nobisque notioribus initium faciamus.

THESIS PRIMA.

Restitutionis verbum, licet in iure variè accipiatur a) in hac tamen materia, idem quod reddere b) seu in pristinum statum reponere significat c)

a) Interdum enim idem quod exhibere significat §. si ad exhibendum Instit. de offic. iud. Aliquando simpliciter dare l. verbum reddendi 94. ff. de verb. sig. Quandoque aliter accipitur l. 2. §. restituas ff. ne quid in loc. pub. b) l. restituere 75. de verb. sig. l. praeterea 20. l. qui restituere 68. de rei vend. c) l. 24. & ibi Baro l. restituere 75. ff. de ver. sig. Sichard ad rubr. C. h. tit. Spec. part. 2. h. in pr. l. 2. §. 27. ne quid in loc. pub.

II.

Est autem in integrum a) restitutio, causa iure amissa redintegratio b) ac diuiditur in ordinariam & extraordinariam: Illa ordinario legum beneficio competit: Hanc praetor causa cognita decernit. c)

a) Quae extraordinarium iuris remedium dicitur l. in causa 16. in pr. l. cum mandato patris ff. de minor. l. 24. §. si. ff. cod. propterea quod contra ius commune competit, eo ipso, quod iure communi damnatum ex iusta causa liberat Treutl. th. 1. sub. lit. a de restit. in integ. p. 1. disp. 11. Maur. tr. h. c. 2. n. 8 & seqq. Stort. Odd. cod. tr. q. 1. art. 6. & seq. Dd. in l. 3. §. 1. de nou. oper. nunc. l. in honorarijs ff. de obl. & act. l. diuus §. et si nihil ff. h. c. Roland. à Vall. cons. 26. n. 26. lib. 2. Socin. cons. 128. nu. 266 lib. 1. Bald. in l. 1. in fin. C. etiam per procurat. b) per l. 2. C. in quibus caus. restit. in integ. necess. Wesen. par. C. de restit. minor. n. 1. Paul. 1. sent. 7. Vbi actio non sumitur proprie, ut in §. 1. l. de act. in l. 51. de O. & A. Sed pro legis actione seu ipso iudicis facto ut in l. 3. §. 12. de donat. int. vir. & vx. l. 105. de R. l. Aliter Mauric. in tr. h. c. 1. Aliter Zas. in sum. hic Aliter Wurmb. 1. pract. obs. 4. tit. 25. Aliter IC. in l. 17. ff. de minor. Vbi petitio accipitur metonymicè pro eius effectu c) l. maioribus etiam 3. C. commun. vtriusque iudic. l. ex contra. tribus 3. C. ex quib. caus. mai. Wesenb. parat. nu. 5. h. l. rem maioris pretij l. dolus 10. C. de rescind. vend.

III.

Hoc rescindendi beneficium quibus competat, non omnium vna est sententia. At non modo praetori, sed & alijs quoque magistratibus inferioribus, qui hoc

qui hoc imperium habent, id competere, legum auctoritati minime videtur
inconueniens. a) Et cum in integrum restitutio mixti sit imperij, mandari e-
am, ac mandata iurisdictione transire arbitramur. b)

a) l. fin. C. vbi & ap. quem Wesenbec. parat. h. nu. 1. Cuiac parat. C. eod.
Dd. in l. 3. de iurisdic. Coraf. misc. 3. nu. 17. & vlt. l. 26 ff. ad municip. atque ita
eum iudices pedanei atque arbitri compromissarij iurisdictionem non habeant, sed nu-
dam saltem notionem, in integrum restitutionis ius ipsis non competit arg. l. ea quæ
ad municipal. l. 16. §. fin. de minor. l. 17. de minorib. l. 12. 16. ff. de iurisdic. No.
60. cap. 3. in princ. cap. pen. ext. h. t. Duar. ad h. t. cap. 2. gl. ad l. 2. C. si aduersus
rem iudic. Wurmb. l. obf. 4. tit. 3. Mauric. cap. 40. Diss. Pet. Fab. in l. 105. de R. L.
ne quidem si incidenter cognoscant d. l. fin. Quod tamen secus esse iure Canon. testa-
tur Panorm. cap. 9. h. nu. 7. nisi id ex speciali, aut generali magistratus concessione
habeant l. fin. C. vbi & ap. quem Mauric. d. tract. cap. 40. b) l. ea quæ 26. t. ad
municip. l. vlt. C. vbi & apud quem vbi Cuiac. in parat. idem Cuiac. in l. 3. h.
Mauric. d. tract. cap. 37.

IV.

De magistratu municipali controuersa apud Dd. est questio, an & is resti-
tuere in integrum possit? Quod cum Ioan. Vando a) contra Accursium b) ne-
gandum putamus. c)

a) lib. 1. quest. 22. Cuiac. l. 3. h. b) in l. ea quæ 26. ad municipal. c) propter
text. express. d. l. 26. §. 1. l. 12. l. 16. ff. de iurisdic. d. cap. pen. ext. h. t.

V.

Quia verò magistratus dicitur competens, vel ratione domicilij, vel
ratione contractus, a) vel ratione loci b) vbi res sita est, hic dubitari posset,
quemnam potissimum magistratum sequi debeat actor? Et si his quidem modis
regulariter competens dicatur magistratus, hanc tamen causam interdum in
principis consistorio, ex speciali quadam legum concessione agitari posse ve-
rum putamus. c)

a) Vide Didac. Couarr. lib. 1. resolut. iur. var. cap. 4. b) l. vlt. C. vbi in rem
exerc. deb. Conf. Ioan. Mauric. d. tract. cap. 36. Fr. Duar. in comment. ad eund.
tit. c) puta si restitutio petatur aduersus libertatem l. si ex causa iudicati §. fin.
& l. seq. de minor. vel aduersus sententiam à procuratore cesaris, vel ab eo qui prin-
cipis vice iudicat, vel à iudice ab ipso principe dato latam l. minor autem 18. §. idē
Imp. 3. & duob. seqq. ff. de minor. l. 1. C. vbi & ap. quem cognit. in integ. restit.
l. aduersus sententiam 3. C. si aduers. rem iudic. restit. postuletur.

VI.

Et cum omnis in integrum restitutio causa cognitionem desideret, viden-
dum nunc, quæ causa sint, ob quas prætor lapsis ac circumuentis succurrendum
putat. Sunt autem varia: veluti, metus, dolus, atas, absentia, a) iustus er-
ror, b) ignorantia, c) & similes quæ prætori æquæ videbuntur. d)

a) l. 1. & 2. ff. h. t. De varijs absentia generibus vide Goed. in l. absentem
199. nu. 3.

199. nu 3. & seqq. de V.S. b) ex quo tam maiores quam minores releuantur §. si quis agens 33. Instit. de act. l. fin. vbi Bart. tot. tit. C. de restit. milit. & si maior. fact. rem rat. c) l. 1 §. vlt. cum seqq. l. quod fals. tut. aut. l. semper 15. §. sed si is sit locus ff. quod vi aut clam l. inde etiam 3. §. si quis 7. de itin. actuq; priuat l. 13. de seruit. rust. præd d) l. 44. ff. de minor. Duar. cap. 4. h. l. 26. §. fin. ff. ex quib. caus. maior. in integ. restit.

VII.

Neq; ipsis solum laelis, verum & eorum heredibus a) ac successoribus vniuersalibus competit restitutio: Vnde eorum subscribimus sententia, qui restitutionis beneficium non personale, sed reale esse existimant. b)

a) tam suis, quam extraneis l. 3. C. de perit. hered. l. ex persona 4. C. de tēp. in integ. Bart. in l. si infa. nti col. fin. C. de iur. delib. non tamen fideiussoribus l. Marcellus 25. de fideiuss. Gomez. 2. var. resol. 14 num. 6. & 9. Mauric. d. tract. cap. 13 & 14. nisi minor dolo aduersarij lapsus sit l. 2. C. de fideiuss. minor. l. exceptiones 7. §. 1. inf. de except. vel minorem esse fideiussor ignorauit l. 48 ff. de fideiuss. vel aduersario salua sit iudicij in alium translatio l. minor. 51. de procurator. l. si pupillus 89. de acquir. heredit. Conf. l. in caus. 13 de minor. b) arg. l. in omnib. 68. l. priuilegia 196. de R. l. 6. h. l. 18. §. fin. de minorib. l. maritum 12. & 13. ff. solut. matrim. Mauric. d. tract. cap. 13. Conf. Cuiac. in l. in causæ 13. in princ. de minorib. Wurmb. 1. pract. obs. tit. 25 obs. 3. Myns. cent. 4. obs. 18. & 19.

VIII.

Gaudent præterea hoc restitutionis beneficio, ecclesia, a) pia causa, b) respub. c) mulier, d) rusticus, e) similesq; personalia ac circumuenta.

a) Iure minorum cap. 1. cap. ex literis cap. coram ext. h. tit. l. orphanotrophos C. de episc. & cler. b) Andr. Tiraq. de priuileg. piæ caus. priu. 138. Mara. p. 6. tit. de appellat. num. 90. c) l. 4. ex quib. caus. maior. l. 3. C. de iur. reipub. lib. 11. l. 7. C. de off. eius qui vic. alie. l. 22 §. si. & ex clausula l. 26. §. si. si qua alia mihi iusta causa videbitur ff. ex quib. caus. maior. si tamen ipsa communi consensu coacta contraxerit, sine spe restitutionis eam obligari, Donelli ductum secutus, affirmo in l. 27. num. 5. & seqq. ff. de reb. cred. facit. l. 15. ad SC. Maced. latē Hartm. Pistor. 1. quæst. 37. num. 5. & 6. Non tamen ex alieno facto (puta episcopi vel consulis) sine mandato arg. l. fin. C. ad SC. Maced. l. consensu de O. & A. ne aliorum culpa damnum subeat l. fin. C. de vend. reb. ciuitat. nisi Rempub. locupletiore factam probetur d. l. 27. vbi Dd. ff. de reb. cred. Non. 120. cap. 6. §. 2. Auth. hoc ius C. de SS. eccles. Indistinctè verò obligatur, si administrator vel presente consilio, vel ad hoc specialiter constitutus vt solus contrahat, contraxerit Bart. & Donel. in d. l. 27. l. 43. §. 2. de furt. l. 79. de V. O. l. 1. §. 21. & ibi Iason. de acquir. vel amitt. pos. d) l. fin. C. si aduers. delict. tot. tit. C. de vxor. milit. e) Ob iuris ignorantiam que facilius in rusticis quam in ciuibus presumitur arg. d. l. cum de indeb. 25. inf. pr. ff. de probat. l. 2. ff. de iur. fis.

IX.

Illud autem parum refert, vtrum quis suo, an alieno nomine restitutionem

nem postulet: Non enim pater pro filio a) procurator b) pro suo principali re-
stitutionem petere prohibentur. Contra parentes tamen, vel patronos ea non
conceditur. c)

a) l. patri in princ. ff. de minor. l. non tantum ff. de appellat. cap. non so-
lent 2. quæst. 6. Etiam sine mandato & nolente & inuito filio. In ceteris tamen a-
gnatis & affinibus secus est; hoc enim ad eos, nisi de expressâ adolescentis voluntate
constet, non extenditur d l. patri 27. in princ. ff. de minor. b) tot. tit. C. etiam
per procurat. rest. in integ. c) propter reuerentiam ipsis debitam l. 2. & ibi per
Bart. C. qui & aduers. quos. arg. l. sed & si hæc §. prætor. ff. de in ius voc. eosque
tam naturales & legitimis simul arg. l. quique 4. §. 2. de in ius vocand. siue natu-
rales aut legitimis tantum arg. l. parentes 6. & l. adoptiuum 8. in princ. l. 10. §. 5.
& 6. ff. de in ius vocand.

X.

Eam tamen procuratori, nisi speciale ad id mandatum a) vel generale
cum liberâ b) habeat, denegamus.

a) l. 25. §. fin. eum seqq. ff. de minor. l. vnic. C. etiam per procurat. b) l. as
in l. præses col. vlt. versic. quinto nota. C. de transact. facit §. 43. l. de rer. diuis.
Quod si verò incidenter petatur restitutio, secus est: Is enim qui incidenter procurato-
rem dat, omnia ei concedere videtur, sine quibus iudicium peragere nequit l. ad lega-
tum 62. ff. de procurator. Mins. cent 2. obs. 26. Mauric. d. tract. num. 27. l. ad
rem mobilem ff. de procurat. si verò de ipsius mandato dubitetur, de rato careat l.
26. ff. de minoribus.

XI.

Vi igitur secundum legum præscripta in integrum fiat restitutio, requi-
sita hæc adsint, necesse est: partium præsentia, a) libelli oblatio, b) læsionis,
c) ætatis, d) impedimenti, e) & similibus exacta probatio. f)

a) l. in causâ 13. in princ. vers. causa ff. de minorib. l. fin. C. si per vim vel
alio modo l. 1. C. si ex fals. instrum. Auth. si omnes C. si minor. ab hæred. Pars
verò contumaciter absens, in sui præiudicium pro absente habetur Auth. de iudic.
§. appellationes collat. 6. Alias trium mensium spatium ipsi indulgetur Nou. 119
cap. 6. b) l. 1. vbi Bart. ff. de offic. assessor. Sichard. in l. non videtur num. 7. C. de
restit. in integ. c) l. 1. C. quibus & aduers. quos l. 5. C. de restit. minor. l. omnes
3. ff. h. non cuiusvis exigue & modice l. res ff. de contrah. empt. l. 5. ff. quod met.
caus. l. si oleum in fin. ff. de dol. Non quia in introductis contrah. commune mini-
mum non curetur, in receptis de iure communi curetur, repugnat enim illa distinctio
multis textibus vt. l. 18. §. 2. commod. l. 12. de impens. in res dotal. fact. l. 54. de
contrah. empt. l. 19. locat. l. 10. §. fin. de acquir. possess. adde l. 4. ff. h. t. l. 9. §. 5. l.
10. l. 11. ff. de dolo l. 24 §. 1. l. 49. ff. de minor. l. 9. in princ. ff. eod. v. allegatos Dd.
apud Treutl. disp. 11. vol. 1. th. 2. lit. B. Diss. adde Wesenbec. in parat. hic num.
vlt. præsertim si maiori rei vel summe præiudicium sit allatura l. 4. ff. h. t. d) l. si mi-
norem C. de rest. integ. e) l. 19. §. 1. ff. de probation. l. 2. C. ex quib. caus. maior.
f) l. in causâ ff. de minorib. text. in ca. 1. ext. h. t. nisi incidenter restitutio petatur,
tum enim

um enim summaria saltem lesionis cogitatio sufficit Minf 4. obl 21. & 4. obl 17.
Quod idem est, si ex rei natura lesio appareat, Hartm. Pistor. 1. quæst. 37. num. 59.
& seqq. si verò semiplena sit probatio, restitutio, non nisi in causa fauorabili concedatur cap. ex literis ext. h. t.

XII

Et si autem prætor in edictis suis a) redintegrationem læsi polliceatur, id tamen non simpliciter, sed ita accipiendum, ut petita prius in integrum restitutione, b) post rescissoria actione, ad id quod alicui ex re aliqua c) iudicis arbitrio relinquenda d) abest, agatur.

a) l. 1 §. 1. ff. de minor. l. 1 §. 1. ff. ex quib. caus. maior. l. 26 §. vlt. eod. tit. b) In his enim que iudicialia sunt, iudex non nisi petenti officium suum impertit l. 4 §. hoc autem 8. ff. de damn. infect. Nec peti eam sufficit, sed petitam obtinere necesse est: alias frustranea ea esse, adeoque pro nulla omnino habenda arg. l. quoties ff. qui satisd. cog. cap. ex literis ext. h. t. Mynf ad §. rursus Inst. de action. Mauric. cap. 10. c) veluti præscriptione, l. non est incognitum C. quib. non obijc. long. tēp. præscrip. l. vnic. si aduers. vsucap. transactione l. de fideicommissio. C. de transact. tot. tit. si aduers. transact. l. quoniam cap. 2. C. vbi & aduers. quos fideiussione l. ait prætor 7. §. non solum ff. de minorib. appellatione l. præses 42. ff. de minorib. contractibus l. si ex causa in princ. de minorib. vltimis voluntatibus l. non solum 6 ff. h. t. l. ex persona C. de temp. in integ. d) l. nec non 28. in pr. ff. ex quib. caus. maior l. quod si 24. in fin. ff. de minorib.

XIII.

Hinc cum duplex remedium sit, rescindens videlicet & rescissorium a) queritur, an utramque in eodem libello cumulari, an verò successiue poni debeat? Et posterius videtur verius. b)

a) vide Mynsing. ad d. §. rursus num. 7. Inst. de action. Mauric. d. tract. ca. 4. b) Sfort. Odd. part. 1. quæst. 33 art. 5. num. 37. Ioan. Mauric. d. tract. c. 9. Spec. part. 4. h. t. vers. sed nunquid.

XIV.

Tempus quod attinet, intra quod petenda est restitutio, annus olim erat utilis a) iure verò nouo quadriennium continuum ei petende conceditur. b)

a) l. vlt. C. de temporib. in integ. restit. b) d. l. fin. C. de temporib. excepta sola (Diss. Wesenbec in parat. ff. quod. met. caus. num. 8.) actione de dolo que hodie finitur biennio continuo l. fin. C. de dolo Diss. Gothof. ad d. l. fin. eius verò exceptio est perpetua l. §. fin. de dol. mal. except. In foro tamen Ioan. Mauric. d. tract. cap. 41 num. 1. & in Camera Imperiali Ioach. Mynsing cent. 1. obscr. §. 1. receptum testantur, ut etiam post quadriennium elapsum agitari possit.

XV.

Idque tempus currere incipit minoribus, ex die primo 26, anni a) vel quo veniam



veniam aetatis impetrarunt. b) At in modico temporis lapsu laesus ad causam restitutionis inchoandam tantundem temporis, ad eam peragendam quadriennium habet. c) Quid si minor minori vel maiori & contra successerit? sequemur distinctiones Cuiacii d) Civitati, si ipsa contraxerit; tempore contractus. e) Si administrator, ab huius morte f) Militib. ex die missionis g) & absentib. reip. causa ex die reditus: h)

a) d.l. fin. C. de temp. rest. b) d.l. ea quae C. de temp. rest. c) arg. l. 15 §. fin. cum l. seq. ff. ex quib. caus. maior. l. 10. §. 24. quae in fraud. cred. l. 28. §. 3. l. 26. §. 7. & ibi Costal. ex quib. caus. maior. d) in l. 6. ff. h. t. & ap. Paul. i. sent. 9. §. 3. per illum text. l. 19. iunct. l. 18. §. fin. de minorib. l. 5. & ibi gloss. §. 1. vbi Gothofr. §. 2. 3. C. de temp. rest. ibid. Cuiac. in parat. e) Donell. in d. l. 27. de reb. cred. per cap. 1. de in integ. rest. in 6. Pistor. i. quæst. 37. num. 63. f) cap. sacerdotes caus. 16 quæst. 3. Pistor. d. loc. num. 64. g) l. 1. C. de tempor. h) l. semper. 15. §. si quis 6. quod vi aut clam l. 3. C. de restit. milit.

XVI

Restitutionis effectus in eo potiss. consistit, quod lapsos aut deceptos in pristinum statum, perinde ac si lapsi aut decepti non essent restituat a) sententia executionem suspendat b) omnemq; dum in suspensio ea est, innovationem tollat c) Actio vero restituta perpetua non est, licet ante talis fuerit. d) Nec restitutio semel data vel denegata ulterius conceditur, nisi ex nova causa. e)

a) l. quod si minor 24. §. restitutio ff. de minorib. l. r. C. de restit. in integ. b) l. vnic. C. de in integ. restit. post. ne quid. nou. l. si praetor. §. fin. ff. de iudic. etiam a principe lata d. l. vnic. c) d. l. vnic. d) l. 35. §. si de O. & A. §. 5. de act. Wes. parat. ex quib. caus. maior. Duar. ad tit. C. de temp. in integ. restit. Diff. Donell. in d. §. 5. num. 8. de actione e) l. 1. l. fin. C. si saep. in integ. restit. post. Paul. i. sent. 7. §. 9. de minorib. Mynsing. 1. obf. 52.

XVII.

Ne autem temerè subsidium hoc decernatur, prudentis erit iudicis, videre, quo animo petatur restitutio. Quod si enim malo animo, ac ut saltem sententia effectus suspendatur, petitam eam esse praesumptio sit, poterit iudex contra petitionem illam, sententiam executioni mandare, cautionemq; à victore exigere idoneam, se quacumq; adversarius occasione sententia medio tempore perceperit, si adversarius praevaluerit, restitutum.

Mynsing cent. 1. obseruat. 43. & cent. 6. obseruat. 80. cap. suscitata de in integ. rest. vbi Panormit.

COROL.

4. obl. 17.
7. num. 59.
bili concedi
olliceatur,
grum re-
a) judi-
dit. b)
it. l. 4. §.
e. neesse
ff. qui
ic. cap.
ng. tēp.
e. transf.
idem si-
ff. de
tatibus
in pr.
na)
lebe-
ca.
Spec.
im e-
ur. b
ceptis
lo que
s. vero
ric. d.
ser. 51.
el quo
entiam

COROLLARIA

I.

Vtrum vigore clausula illius edicto inserta; Si qua alia mihi iusta causa esse videbitur, ex capite ignorantia aduersus praescriptionem restitutio detur non exigua, Dd. est controuersia: Et licet affirmantium sententia communiore suffragio comprobata in iudicijs recepta sit a) negantium tamen sententiam veriorum putamus. b)

II.

Remedium cap. redintegranda 3. quaest. 1. non ut clericis pro rebus ecclesiasticis, ita quoque laicis pro rebus prophanis dari cum Menochio verum putamus.

III.

Vtrum, si conuenerit inter creditorem & debitorem, ut creditori liceret ingredi possessionem pignoris autoritate propria, & idem creditor conventionis legem postea exerceat, possessionemque pignoris priuata sua autoritate, repugnante tamen debitore, eoque vi expulso possessionem occupet, vim ei facere videatur, ita ut ex l. extat. Quod met. caus. iure suo crediti cecidisse videatur? Affirmamus.

IV.

Causa suspicionis in libello tam de iure civili quam Canonico exprimi debent.

V.

Res pupillares vsucapi nequeunt, nec vsucapio ante contra patrem defunctum forte capta aduersus pupillum continuatur.



ons. 2.
per
post
1. q. 2.
fron-
nunt
8. &
aut
nem,
Fach.
eā. 7.
nda-
text.
offu-

o ni
elin-
t hoc
nna-
ndæ
i. Dn.
Man-
us in
hede,
actus
at, in
quæ a-
figilla-

venta,
ine hic
tempus





00 A 6387

ULB Halle 3
002 916 592



10 17







IVRIDICAE.
I N T E -
S T I T V T I O N E
E N E R E

54

QVAS
e Deo Opt. Max.
f. & consultiff. virorum
D. WINOLDI KIVER
BERTI SPEE Fiscii, in
licæ facultatis apud V.
exercitij gratiâ publicè
andas proponit
AE VS OSTERRHOT
lutis M. DCIII. 9. Ian.



N
Æ AGRIPPINÆ
rardus Greuenbruch.



24

